

X 1880.934

II m  
911

Q. K.  
435,  
17

DECANI FACULTATIS MEDICÆ  
GEORGII VV O L F F G A N G I  
V V E D E L I I,

Med. Doct̄oris, Theoretices Professoris  
Ordinariii, Confiliariii & Archiatri Du-  
calis Saxonici,

PROPEMPTICON INAUGURALE

*De*

*NUMMIS SERRATIS.*

---

JENÆ,

LITTERIS KREBSIANIS.

ANNO M DC XCII.



**N**ummorum figura ab omni velut ævo rotunda esse consuevit, rarius quadrata, ex illâ sine dubio ratione, ut magis essent versatiles, & hoc ipso pacto definitum magis pondus exprimi posset. Ea ipsa nihilominus diversis modis variata visitur, tum circulis suis gaudens plano corpori insculptis, tum extremis parietibus & circumferentiâ non uniusmodi.

Seorsim ad se nos vocant nummi SERRATI dicti, ex vetustis seculis superstites, & disquisitionem præ aliis merentes. Extat de illis locus classicus *Corn. Taciti*, qui *l. de morib. German. c. 5.* cum præmisisset: *formas quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt; subdit: Pecuniam probant veterem, & diu notam, Serratos, Bigatosq;.* Subintelligit denarios, tanquam communissimam speciem, vel nummos quoq; eosq; Romanos, non Germanicos.

Dari ergò nummos ferratos probatur ab antiquitate, cur enim nomen imponerent rei non extanti? Confirmat idem *αὐτοψία*, supersunt quippe hodiernum non pauci, quorum numerum & nos possidemus, & apud alios vidimus, qui cum inter se convenientiam habeant, cum sint ferrati reverà, merito id nomen retinent & locum Historici sic non leviter illustrant. Nec usus abnuit, nec consensus aliorum, ut mox patebit pluribus.

Ut ut verò apud scriptores nummorum, seu antiquarios, rarior de iisdem occurrat mentio, nec depictos illos inter reliquos offendas facilè; satis tamen est agnoscere alios, & extare visendos eosdem. Imò tanto majori studio exquiri merentur, quo minus vulgo noti sunt.

Notanter duplices nominat, ferratos, bigatosque, ut distinctius exprimeret diversitatem, & definirer electionem. Bigati verò sunt, qui bigam equorum impressam habent, ut quadrigati alias quoque non infrequentes sunt, memorati etiam *Plinio* utriq; *l. 33. c. 3.* Et perinde quidem est, an bigatos ferratosque simul & conjunctim intelligas, nam dantur etiam tales, an potius seorsim, ut geminus esset character, qui in nummis visus arideret Germanis & eligeretur magis.

Quemadmodum ergò bigati à figurâ calaturæ dicti sunt, teste *S. Pompejo Fesjo l. 7.* Ita & de ferratis idem valere colligere est, ac ferratos à similitudine ferræ vocatos sine dubio. Ast non conveniunt autores, in assignandâ hâc nominis ratione, seu pressius exprimendâ. Plerique  
com-

communiter ferram fuisse nummi notam, unde ferrati fuerint appellati, asserunt, ut *Celcius Rhodig. L. A. l. 10. c. 2. p. m. 500. Pierius Hieroglyph. l. 42. c. 80. Forum Romanum*, aliique, putantes, ferram nummis impressam, vel fingentes potius. Enimvero si vidissent unquam nummos ferratos, aliter statuissent facile. Quantum meminimus, rarius vel nunquam nota ferræ impressa plano nummi cuiusvis visitur; & si id occurrat, non fuerint illi ferrati propriè dicendi, sed, quales reverà sunt, interstincti potius, & quorum ambitus dentatus, inæqualis, sectus & asper ad modum ferræ, hoc nomine digni sunt.

Liceat hæc illustrare accessione flosculorum medicorum, apud quos ferrati nomen haud infrequens est. Eodem enim, non alio, sensu audiunt ipsis plantæ foliis ferratis præditæ non paucæ, exemplo chamædryos, eryngii ferrati, ferratulæ κατ' ἐξοχήν dictæ, & aliorum. Musculi item pectorales ferrati ob hanc similitudinem dicuntur Anatomicis, anticus & posticus, ob dentatas puta extremitates seu ambitus. Imò & pulsus ferratus, qui durus, inæqualis & frequens est, iisdem laudatur, ne dentes ferratos huc arcessamus, qui inter se distincti sunt, ad similitudinem dentium ferræ.

Adeoque ratum est, ferratum notare τὸ περιονωειδές, ferram figurâ suâ externâ repræsentans, & nummos ferratos quoque ob hanc causam vocatos esse. Nec ratio ulla est, ut quis à Serranâ familiâ dictos putare velit, hæc quippe non à ferrâ, sed à ferendo potius nomen obtinuit.

An verò ferrati fuerint à primo ortu, & studio argentum ita signatum, sub ipsum monetandi actum, an sine alio à possessoribus tales redditi, ut explorarent bonitatem, quæri potest. Obstare scilicet his nummis videntur duo argumenta hæc. Primum est, casu id factum esse, uti sub ferrati quasi & impropiè tales dici possunt & dantur, qui sub manu artificis fissuram unam alteramque passi sunt; quales Faustinae matris & unum alterumque alium obtinemus. Alterum ferratura laudata, opinione falsationis instituta, cui favere volunt nonnulli, quod dentes forent æquales magis & proportionati, si tales signati fuissent.

Sed ut ἀποψία statim litem dirimit omnem, ita vel quivis ex vulgo accidentariam fissuram, percussioni debitam, ab essentiali distinguere novit. Deinde in ipsâ putatâ inæqualitate reperiunda est æqualitas. Nummi enim ferrati sunt, non qui unam vel alteram incisuram habent, quæ, positâ probandi intentione, sufficere posset, sed plures, circumcirca, viginti & unam, viginti duas, tres, quatuor circiter.

) ( 2

Et

IT  
ex  
oc  
Ea  
ir-  
&  
u-  
o-  
t :  
m,  
u-  
os,  
o-  
nt  
is,  
m  
on  
e-  
i-  
è;  
to  
x-  
i-  
e-  
m  
ur  
is  
S.  
i-  
s,  
e  
a-

4.  
Et quomodo salvari poterit tanti historici fides, nummos serratos affirmantis, si demus vel maximè, nullos serratos esse nisi fortuitos altero hoc sensu? An perditos dicemus, nec amplius visi tales, contra experientiam ocularem, & loculos amplissimos antiquariorum? Sanè ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis in contrarium, nisi velimus sensus dimittere ipsos.

Quin si curiosius evolvamus autores alios, non abnuunt, sed aliis verbis idem eloquuntur, nummorum asperorum videlicet nomine. Elegans locus est non unus, ubi horum occurrit mentio, eadem significatione. Ita *Persius Sat. 3. v. 69.* canit: quid asper utile nummus habet? *Seneca epist. 19:* nec voles, quod debeo, in aspero & probo accipere. *Suetonius Neron. c. 44:* Exegitq; ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam.

Mirum est, quantum Commentatores se torqueant, ut exponant, quid sit asper nummus. Communiter, cum *Mureto, Turnebo* & aliis asper explicatur q. d. recens & benè percussus putantes à percussione & signi impressione metallum exasperari. Sed id minus respondet rei, in nummis enim non occurrit propriè asperum, tactui ingratum, & leni ac laevi oppositum, nec tam asperitas & calatura, quam bonitas intrinseca & extrinseca, seu pondus, in iis aestimatur, neque veterum more sculpti tam facilè detriti, & qui tales, minus rejiculi observantur. Non itaque de nummis valent illa *Maronis*, quæ de poculis:

*Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis pocula. l. 3. Æneid.*

& *l. 5. Æn:* *Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis;* ubi more poëtico pro sculptis & eminentibus aspera ponit. Et ex *Plauto Casin. prolog. v. 10.* ac aliunde notum est, apud veteres quoque nummos novos præ antiquis minus benè audire, tanquam nequiores, quod & hoc seculo valet, ut applicari possit illud *Venusini*, nequiores illos mox daturus progeniem vitiosiore.

Multò minus nummus æneus per asperum iatelligi potest, quod aliis placuit, nec albus æquè, puri candidique argenti, quod *Lipsius* vult, qui rectè veteres probiores affirmat & pro novis h. l. magis accipiendo, *comm. in Sen. l. c.* Quod si verò per nummum asperum, serratum, adeoque genuinum & optimæ notæ accipiamus, cujus instar ille erat, res omnis in vado est, unde in aspero & probo accipere metaphoricè sonat, q. d. genuino & puro puto sensu; uti veritas odiosa & aspera, sed simplex est.

Minus

Minus ergò quadrat in Germanos illud *Seneca* effatum:  
 Non est malus denarius, quem barbarus & ignarus formæ  
 publicæ rejecit, *l. 5. de benef. p. m. 128.* Siquidem æquè ac Romani  
 probè distinguere noverant nummos, eligentes ferratos & bi-  
 gatos, tanquam (1.) *antiquos* magis, ut ipse innuit autor, benè  
 gnari novos pejores ferè cudi; (2.) *Genninos*, eosque argen-  
 teos, argentum quippe magis quàm aurum secuti; (3.) magis  
 claros & *astimatos*, (4) *non accisos* & imminutos pondere; (5) *non*  
*subaratos.*

Notabile enim est, ferratos nummos ferè solos reperiri  
 in nummis familiarum, stante republicâ signatis; nullos, quod  
 sciam, Imperatorum, nullos item æneos, vel aureos, sed solos  
 argenteos. Memoratu item dignum, jam tum temporis quo-  
 que adulterari cœpisse nummos, & imprimis, propriè sumto  
 termino, ab ære substrato in medio, subærari. Cum enim de-  
 narii non ut nostri nummi sonum edant, facile erat æri circum-  
 obducere laminam argenti, & nummum sic adulterare, quæ in-  
 ter alia videtur ratio, quare ferratos & fecerint, & elegerint  
 hinc magis Romani & Germani.

Est nobis talis subærati exemplum in consulari & Tī-  
 berii nummis, hâc ipsâ antiquitatis notâ conspicuis, & de  
 his videtur simul *Plinius* loqui *l. 33. N. H. c. 9.* Falsi denarii,  
*inquiens*, spectatur exemplar, pluribusq; veris denariis adulteri-  
 nus emitur. Secus Germani faciebant, qui Romanis relinque-  
 bant suum hunc morem. De aureis verò solùm loquitur *Per-  
 sius Sat. V:*

*ne qua subærato mendosum tinniat auro,*

quamvis æs mixtum auro intelligi ibi queat quoque.

Affines ferratis dici possunt, qui hæctenus, levioribus ta-  
 men & minus profundis incisuris in ambitu suo, cusi visuntur  
 inter monetas Serenissimorum Ducum Saxonix in Comitatu  
 Hennebergico, ac Brunsvicensium & Luneburgensium, me-  
 lioris notæ etiam hoc nomine habendi, partim ob argentum  
 finum, *πεπυρωμένον*, & pustulatum, dictum, (falso pastillatum,) partim ob quasi tale, quo constant. Addi & illud meretur,  
 quod ante decennium hoc, ad luem epidemiam boum, pro  
 pustulis linguæ aperiendis & depurandis, instrumenti ser-

rati usus frequens erat ex nummis argenteis minoribus Lu-  
neburgensibus confecti.

Ast ut fossas velut quasdam æmulantur nummi hi ferra-  
ti, ita defensam & cinctam ostendunt circumferentiam cir-  
cumvallati, quos vulgo Italicâ vel Gallicâ dialecto contornia-  
tos, vel contourniatos vocant antiquarii. Germ. audire que-  
unt eingefaste Münzen / ob circulum alio metallo circumdu-  
ctum.

Promisit de his suas conjecturas antesignanus harum de-  
litiarum *Carolus Patinus Histor. Numism. c. 18. p. 130.* & mentio-  
nem eorundem facit *comm. in Sueton. Neron. c. 24. p. 304.*

Nobis in præsentiarum satis sit memorare nummum æ-  
neum, ære decoro, seu coronario, circumvallatum, M. Aurelii  
Imperatoris, majoris moduli, eumque elegantissimum,  
nullo artificii genere Romanis aliis cedentem, adeoque indu-  
biè genuinum. Primâ fronte extat imago Cæsaris capite lau-  
reato, cum epigraphe: M. ANTONINVS AVG TR P XXIX.  
Aversâ Figura ad medietatem nuda, sedens super spolia, a-  
lata, (Victoria,) dextrâ palmam gerens, sinistrâ clypeum te-  
nens, cum inscriptione: VIC. AVG. & opposito tropæo. In am-  
bitu vero: IMP VII COS III. quem describit quoque *Fr. Me-  
diobarb. Numism. Imp. fol. 225.* nisi quod manus invertat. Ubi  
*αυτοψία* itidem satis superque docet, non postliminio cir-  
cumductum hoc vallum, sed à primâ statim origine, cum  
pars sculpturæ & literarum nummum inferius, pars circui-  
tum superiorem tangat manifestò.

Tacemus extremorum marginum inscriptiones exti-  
mas, quod recentiorum inventum, & nostro seculo ab Anglis,  
hinc & Gallis ac Germanis in usum ductum videas, & decoris  
gratiâ, & ad arcendas furtivas per tritum manus.

Hæc commentari voluimus præfaminis loco, occasione  
DISPUTATIONIS INAUGURALIS de LETHARGO Cla-  
rissimi Medicinæ Doctorandi

MICHAELIS SCHRAMMII.

Natus ille est B U D I S S Æ, Lusatiæ superioris nostræ urbe pri-  
mariâ,

mariâ , Anno M DC LXIX. die VII. Novembr. st. n. Patre  
 amplissimo GODOFREDO Schramm/ Hæreditario in Nadelwitz/  
 Senatore Reipublicæ Budissinensis spectatissimo ; Matre vir-  
 tutibus omnibus sexum hunc ornantibus conspicuâ ANNA  
 DOROTHEA, Viri Nobilissimi, Excellentissimi atque Experientis-  
 simi GODOFREDI VOGELII, Med. D. experientiâ ultra dimidium  
 seculum, quæ singularis Dei gratia est, Practici probatissi-  
 mi & celeberrimi, filiâ natu maximâ, omnibus his adhuc lau-  
 datâ Dei gratiâ viventibus.

Hi Parentes ab ineunte statim ætate animum decenti  
 pietate & literis morumque integritate imbui curarunt, com-  
 missum hoc sine publicorum Præceptorum curæ atque infor-  
 mationi, sub manu ductione clarissimorum atque doctissi-  
 morum virorum, M. JOH. CHRISTOPH. WAGNERI, CASPARIS JEN-  
 TSCHII, & ANDR. CHRISTIANI, p. m. ConRectoris, in primis verò  
 amplissimi & præclarissimi M. JOHANNIS ROSENBERGII, Gy-  
 mnasii Budissinensis Evangelici Rectoris longè meritissimi,  
 Comparris & Amici nostri lectissimi, cujus fidelissimâ infor-  
 matione tam privatâ, quàm privatissimâ per tria ferè lustra in  
 literis excoluit ingenium. Junxit his & domesticum stu-  
 dium, & exercitia Philosophica, in Logicâ, Metaphysicâ, Ethicâ,  
 Geometriâ, Astronomiâ, & aliâ, quæ humaniori literaturæ  
 non leve pondus addidere.

Jactis sic probè fundamentis & publicè memoriter habitis  
 duabus orationibus, unâ de PHOCIONE, alterâ de SANITATE,  
 Parentum & Præceptorum jussu & consilio dimissus inclutam  
 hanc salutavit Salanam. Receptus die IV. Octobr. M DC  
 LXXXIX. in Studioforum numerum, tum ad Philosophiæ stu-  
 dia penitus applicavit animum, tum in primis medica, in utris-  
 que Virorum excellentissimorum & celeberrimorum scholis in-  
 defesso studio usus. Audivit hinc JOHANNEM PAULUM HEBEN-  
 STREITUM, JOH. ANDR. SCHMIDIUM, in Collegiis publicis & pri-  
 vatis, & præcipuè hunc in Collegio Curioso; ut & in Physicis  
 & Geneanthropologicis lectionibus CASPAREM POSNERUM.  
 Seorsim verò D. RUDOLFFUM WILHELMUM CRAUSIUM, Fa-  
 cultatis Senioremem gravissimum, tum aliàs, tum in Collegio  
 Patho-


AK T m 911  
8.  
Pathologico-Therapeutico de morbis ventriculi eruditissime  
differentem, veneratus, & B. D. AUGUSTINUM HENRICUM FA-  
SCHIIUM in Osteologicis, Botanicis & Chemicis demonstratio-  
nibus, plus vice simplici etiam publice & privatim in pro-  
fectionibus cadaverum sectatus est. Eandem operam admi-  
rabundus continuavit sub auspiciis Magnifici Rectoris de-  
signati, D. GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI, jun-  
ctis simul demonstrationibus Chirurgicis curiosis, & accura-  
tissimâ osteogoniæ & de cartilaginum naturâ atque usu per-  
tractatione publicâ, & Botanicis curiosis lustrationibus, domi  
& in vicinis montibus Pæoniis institutis. Audivit quoque  
D. JACOBUM WOLFFIUM in explicatione morborum infan-  
tum & gravidarum.

Cumque ipsi in testimonium vocemur, non possumus,  
quin sincerum & genuinum artis filium profiteamur, quando-  
quidem candidum & gratum pectus, (duo enim illa solemus  
efflagitare,) diversis exercitamentis abundè probavit. Ad-  
stitit enim indivulsus comes in tradendis artis fundamentis,  
profectione cadaveris virginei, explicatione Hippocratis  
aphorismorum, & à Sponio collectorum, sub novorum ti-  
tulo, in noscendâ & feligendâ materiâ medicâ, in formandis  
formulis, manuuctione ad praxin clinicam & universum  
ambitum reliquum, occupato.

Cum itaque & culturâ hâc ingenii egregiâ, & moribus  
inculpatis ac pietate se commendasset omnibus ac singulis,  
habitâ insuper non sine applausu Disputatione publicâ VIII.  
PATHOLOGICÆ DOGMATICÆ nostræ, dignissimus habitus fuit ab  
exploratione profectuum, quam modestè pro capeffendis ho-  
noribus summis petierat, ut hi eidem conferantur ex meri-  
to. Hoc sine & publicè, bono cum Deo, habiturus est Disputa-  
tionem laudatam solennem, sub præsidio Magnifici Rectoris  
Designati, ad D. XXX. Jul., cui actui ut Magnus Rector,  
Proceres Academiæ, Hospites lectissimi & Medicinæ fauto-  
res honoratissimam & benevolam præsentiam commodare di-  
gnetur, nomine Collegii nostri decenter oro. P. P. sub  
Sigillo Facultatis Ann. MDCXCII. D. XXIV. Jul.

(L. S.)






Kodak  
LICENSED PRODUCT  
Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

White 3/Color  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



I. N. 2. 7.

...m figura ab omni velut  
 esse consuevit, rarius quadrata, ex  
 ratione, ut magis essent versatiles, & hoc  
 nitum magis pondus exprimi posset. Ea  
 as diversis modis variata visitur, tum cir-  
 ori insculptis, tum extremis parietibus &  
 nummi SERRATI dicti, ex vetustis secu-  
 n præ aliis merentes. Extat de illis lo-  
 de morib. German. c. 5. cum præmisisset :  
 noscunt; subdit : Pecuniam probant veterem,  
 Subintelligit denarios, tanquam commu-  
 quoq; eosq; Romanos, non Germanicos,  
 os probatur ab antiquitate, cur enim no-  
 anti? Confirmat idem ἀποψία, supersunt  
 quorum numerum & nos posidemus,  
 n inter se convenientiam habeant, cum  
 omen retinent & locum Historici sic non  
 uit, nec consensus aliorum, ut mox pate-  
 nummorum, seu antiquarios, rarior de i-  
 victos illos inter reliquos offendas facile;  
 & extare visendos eosdem. Imò tanto  
 quo minus vulgo noti sunt.  
 t, ferratos, bigatosque, ut distinctius ex-  
 et electionem. Bigati verò sunt, qui bi-  
 at, ut quadrigati alias quoque non infre-  
 linio utriq; l. 33. c. 3. Et perinde quidem  
 ul & conjunctim intelligas, nam dantur  
 geminus esset character, qui in nummis  
 eretur magis.  
 ti à figurâ cælaturæ dicti sunt, teste S.  
 s idem valere colligere est, ac ferratos à fi-  
 bio. Ast non conveniunt autores,  
 ne, seu pressius exprimendâ. Plerique  
 com-

com  
 lati  
 c. 80  
 fing  
 ter  
 ferr  
 rin  
 pot  
 du  
 fer  
 diu  
 os,  
 eto  
 & p  
 fus  
 de  
 dir  
 fu  
 vo  
 ve  
 tu  
 di  
 m  
 fu  
 an  
 u  
 n  
 re  
 g  
 n  
 N  
 q  
 v

